e il senato avevano munito di un nuovo mandato di procura gli stessi sei ambasciatori, che avevano tentato d'intromettervisi nel precedente mese di luglio (1). Ma quando poi trattossi di operare davvero; e fu nel febbraro del nuovo anno 1510; anche il senato ed il doge vi si applicarono con assai più di calore. Ne furono patteggiate le condizioni; se ne estesero i preliminari; si comunicarono a vicenda i pensamenti e le ratifiche; si venne in fine ad estendere un formale trattato.

(1) Anche di questo secondo mandato di procura posso dare il testo genuino, il quale così esprimevasi: « In Christi nomine Amen. Anno a nativitate ejusdem M. D. IX. Indictione duodecima, die vero undecima mensis Septembris. Cum sanctissimus et beatissimus in Christo pater et dominus noster d. Julius divina providentia sacrosanctae romanae et universalis ecclesiae summus pontifex velit non nulla tractare et peragere cum magnificis oratoribus illustris domini principis et domini d. Leonardi Lauredani inclyti ducis et excellentissimi dominii Venetorum, ad praesens in curia residentibus, pro bona conservatione devotionis et filialis observantiae suae erga Beatitudinem antedictam et licet clare et perspicue videri potuerit per alterum mandatum ejusdem illustris principis et inclyti dominii et totius reipublicae venetae, rogatum per me notarium infrascriptum sub die ultima mensis Julii proxime praeteriti, quanta fuerit et sit et deinceps proculdubio sit futura filialis obsequentia sua, non solum circa monitorium, verum et ad alia omnia tractanda et fine debito terminanda, cum Consiliis plenissimam libertatem habentibus fuit eisdem magnificis dominis oratoribus amplissima facultas et libertas attributa: tamen pro reverentia Beatitudinis suae et ut cunctis perseverantia dicti illustris principis et universi dominii patefiat, una cum praefatis Consiliis amplissimam facultatem habentibus, omnibus melioribus modis, viis, juribus, titulis, formis et causis, quibus melius et validius fieri potest et debet, fecerunt, constituerunt, creaverunt et ordinaverunt, ac faciunt, constituunt, creant et ordinant suos et dicti dominii ac totius venetae reipublicae sindicos, actores, factores, procuratores legitimos, negotiorum gestores et nuntios speciales, praefatos magnificos oratores suos, videlicet, praeclaros viros dominos Dominicum Trivisanum, equitem, procuratorem sancti Marci, Leonardum Mocenigo, Aloysium Maripetro, Paulum Capellum, equitem, Paulum Pisani, equitem, et Hieronymum Donatum, doctorem, nobiles venetos absentes tamquam praesentes, sed me notario eorum nomine stipulante et recipiente ac eorum quemlibet in solidum et de per se, ita quod occupantis conditio potior non existat, sed quod unus eorum inceperit, alius et eorum quilibet prosequi, mediare valeat et finire, ac ad effectum perducere specialiter, et expresse ad omnia et singulas agendum, tractandum, peragendum, concludendum, et fine debito terminandum cum eodem sanctissimo domino nostro, ac ab eo deputatis vel deputandis, vel alio quocumque ejus nomine substituto vel substituendo, quo-